



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

CXXXVIII. De facultate petendi subsidia charitativa pro captivorum
redemptione Fractibus B. M. de Mercede facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

gationibus, & Capitulis Provincialibus respective corundem fratrum, tam de observantia, quam Reformatorum, Discalceatorum, Recollectorum, Tertiiorum, vel quocumque alio nomine nuncupatorum sub directione, ac gubernio Ministri Generalis dicti Ordinis degentium, soli deinceps Patres Definitorii cuiuslibet Provinciae ad id electi nimur Minister Provincialis, Custos, & Definitores, qui numero quatuor esse solet voce consultiva, & decisiva uti, & frui deberent, prout in eadem nostra Constitutione, cuius tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, & ad verbum inferto habent volumen uberioris continetur.

Causa praesentis Constitutionis, & preces Familiae Ultramontanae pro moderatione supradictae Constitutionis.

¶ 2. Cum autem sicut dilecti filii Fratres Provincialium de observantia, Recollectorum, & Tertiis Ordinis ejusdem sancti Francisci Familiae ultramontanae nobis nuper exponi fecerint, ex quadam propemodum necessaria haec tenus, apud eos servata, ac tam Capitulis generalibus ejusdem Ordinis, tum etiam Sedi Apostolicae, sicuti ex quibusdam fe. re. Urbanii PP. VIII. predecessoris nostri literis constare dicitur, probata consuetudine, in Difinitoriis, Congregationibus, & Capitalis hujusmodi prater Ministrum Provincialis, Custodem, & quatuor Definitores praefatos, duo alii Fratres quo ad Provincias eorum de Observantia, & unus dumtaxat quoad illos Recollectorum, & Tertiis Ordinis ad suffragium ferendum admitti consueverint, isque usus invulnerit, potissimum, ne in Difinitoriis, Congregationibus, & Capitalis praefatis desint Religiosi in rebus ad eisdem Provincias pertinentibus versati, qui Officiales electos, ubi opus est, de illis edocere valeant, praesertim cum dictae Provinciae vastae existant, ac Conventuum copia abundant, & ut plurimum iidem officiales recenter electi, debitam de ipsis Provinciis, earumque statu cognitionem non habeant. Nobis propterea exponentes praefati humiliter supplicari fecerunt, ut in premisis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

¶ 3. Nos igitur, qui Provincialum praedictarum bonum regimen, felicemque progressum, & tranquillitatem sinceris exoptatus affectibus hisce justis, & rationabilibus ex causis adducti, memoratam nostram Constitutionem in hac parte tantum declarare, ac moderari, ipsoisque Exponentes specialibus favoribus, & gratiis profecti, qui volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss, si quibus quomodo libet innodate existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod in dictis Difinitoriis, Congregationibus, & Capitulis Provincialibus Provincialium Fratrum de observantia, Recollectorum, & Tertiis Ordinis Familiae ultramontanae, in quibus tamen antequam praefata nostra Constitutione emanaret, enarrata consuetudo vigebat, & non alias, ultra Ministrum Provincialis, Custodem, & quatuor Definitores praedictos, Exminister Provincialis immediatus, qui pro tempore officio suo perfunditus fuerit, votum sive suffragium, sicuti antea ferre & habere, ac quoad Provincias ipsorum fratrum de observantia prater eundem Exministrum Provincialis immediatum, ac in locum antiquioris Patris alius insuper Religiosus quolibet triennio a senioribus, seu antiquioribus Patribus cuiuslibet Provinciae, qui inibi juxta eorum graduationem repenterent, incipiendi ita scilicet, quod Patres Ordinis Exministros Provinciales actuales vero illos, qui habituales vocantur praecedant & si non adhuc Fratres his qualitatibus praediti, etiam Lectores Jubilati, ac demum ii, qui ad ejusdem nostra Constitutione

tionis praescriptum subrogandi veniunt, accersantur, & admittantur similiter vocem habere, & ferre libere, licite, & valide possint, & valente auctoritate Apostolica harum serie concedimus, & permittimus.

¶ 4. Cum hoc tamen, quod ejusmodi Exminister Provincialis, ac alius Religiosus fratum de observantia a Definitorii, Congregationibus, & capitulis praefatis per triennium, quo durante, illa ingredi nequeant, vacare teneantur, tametsi in illis ad quemvis gradum suarum Provincialium exacto dicto triennio deligi, seu in locum aliorum Patrum subrogari valeant, cum mens, & intentio nostra sit providere, ne istorum Exministri Provincialis, & alterius Religiosi suffragia sint perpetua, seu semper in gubernio persistant, ac propterea volumus, quod in sequenti Capitulo prater Exministrum Provincialis immediatum praefatum ita substituantur Antiquiores, & Seniores Patres in Provinciis Fratrum de observantia, ut supra dispositum fuit, quod si in uno Triennio Pater Ordinis vocem habuerint, sequenti triennio, nisi alius Pater Ordinis, sive actualis, sive habitualis adfuerit Pater Provinciae succedere debeat, servato semper ordine in subrogationibus hujusmodi per Nos in memorata nostra Constitutione praescripto.

¶ 5. Non obstantibus quoad ea, qua praesentibus sunt contraria, nostra praefata, & quibusvis aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, que in eadem nostra Constitutione concessa sunt non obstat, catenaque contraria quibusvisunque.

Datum Romae apud S. Petrum sub anno Piscatoris die XIV. Junii MDCCXXVII. Pontificatus nostri anno Quarto.

Declaratio
nes quadam

Clauile de
rogatorum

CXXXVIII.

Confirmantur Literæ Martini V. pro Fratribus B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum emanatae, super facultate libere petendi subdia charitativa pro Captivorum redemtione,

Prædicta Martini V. Conf. hic inserta ed. est 1418. Jun. 29. P. 2. & alia hujus Conf. ed. 1727. Aug. 21. P. 4. confirmantur quadam decretâ pro bono regimine Provincialium Hispania.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis caelestis Apostolice servitutis munere illa, que a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris favore Religiosorum Ordinum quorumcumque, illorum praesertim, qui sub peculiari Gloriosissima Dei Genitricis Mariae Vexillo assidue Altissimo famulantes, Christifideles in tetrica Infidelium captivitate constitutos, iuxta laudabilia eorum Instituta redimere consueverunt, pie, provideque emanasse noscuntur, ut solidiori robore perennent, Apostolici muniminis Nostri præsidio, cum id a Nobis peccit libenter constabilius.

¶ 1. Dudum siquidem fe. re. Martinus Papa V. Prædecessor Noster Magistro Generali, ac fratribus pro tempore existentibus Ordinis Beatae Marie de Mercede Redemptionis Captivorum induit, ut ipsis Ordinis Fratres, & Nuntii, qui pro charitativis eleemosynarum subdiis ad opus Redemptionis eorumdem Captivorum procurandum, & alia prædicti Ordini pro tempore incumbentia onera supportanda petendi in Regionum Aragonie, Francie, Cafellæ, Portugallie, & Navarræ Provincias, & Comitatum Provincie, aliasque partes mittebantur, charitativa subdia hujusmodi absque ulla contradictione, & difficultate inibi libere petere valerent, utque locorum Diœcesani, eorumque Officiales, & Religiosi

Dat. 14. Junii
1727. Ann. 4.

Exordium.

A Martino V.
prædicti Ordinis Fratris
facultate
ubique pe-
tendi chari-
tativa sub-
dia pro Re-
demtione
Captivorum
concessa fuit.

exempti,

ANNO
1727.

exempti, & non exempti in suis Ecclesiis, & extra eas prædictos Fratres, & Nuntios ad id pacifice admittere tenerentur, nec illos hac in rem molestatore, seu quomodolibet impedire præsumerent, & alias prout uberioris continetur in ipsius Martini Prædecessoris literis desuper expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Prædicta
Martini V.
Constitutio
qua d. facul-
tas concessa
est.

S. 2. Martinus Episcopus servus servorum Dei. Dilectis Filiis Magistra Generali, & Fratribus Ordinis Beata Maria de Mercede Redemptionis Captivorum salutem, & Apostolicam Benedictionem. Sincerae devotionis affectus, quem ad Nos, & ad Romanam Ecclesiam geritis non indigne meretur, ut ad illa favorabiliter intendamus, quæ vobis fore conspicimus opportuna. Exhibita siquidem Nobis pro parte vestra petitio continebat, quod licet vos de antiquo approbata, & hactenus pacifice observata confuerūdine in Aragonia (cujus Reges Fundatores dicti Ordinis extiterunt) neconon Francia, Castellæ, Portugallæ, & Navarræ Provinciis, & Comitatu Provincia, ac certis aliis partibus pro Charitatibus eleemosynarum subfidiis ad Redemptionis Captivorum, & alia eidem Ordini pro tempore incumbentia onera supportanda, petendis, Fratres, aut nuntios vestros mittere consueveritis & iidem Fratres, aut nuntii absque impedimento, & contradicione quibuscumque ad id recipi, & admitti soliti sint, tamen nonnulli locorum Diœcesani, & Officiales eorum, ac Religiosi exempti, & non exempti eisdem Fratres, & Nuncios ad petenda subfida eleemosynarum hujusmodi in eorum Ecclesiis admittere nolunt, quinimo eos impeditre super his præsumunt. Quare pro parte vestra fuit Nobis humiliiter supplicatum, ut providere vobis super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur intendentis vos favoribus gratiosis prosequi in hac parte, hujusmodi supplicationibus inclinati volumus, & Apostolica vobis auctoritate concedimus, ut Fratres, & nuntii vestri prædicti, cum a vobis ad id missi fuerint in Provinciis, & Comitatu, ac aliis partibus hujusmodi absque difficultate, & contradictione, quibuscumque charitativa subfida predicta libere petere valeant, quodque Diœcesani, & Officiales, ac Religiosi prædicti in eorum Ecclesiis, & extra eas eisdem Fratres, & nuncios ad id pacifice admittere teneantur. Districti inhibentes eisdem Diœcesanis, ac officialibus, & Religiosis, ut Fratres, aut nuncios antea dictis occasione quacumque super eis molestare, seu quomodolibet impedire præsumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quocumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ voluntatis, concessio[n]is, inhibitionis, & Constitutionis infringere, vel ei au[tem] temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Florentia 3. Kal. Iulii Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Concessio
prædicta fa-
cilitatis.

Præces Ma-
gistri Gene-
ralis Ordinis.

S. 3. Cum autem sicu[m] Dilectus Filius Gabriel Barbastro Magister Generalis Ordinis præfati Nobis nuper exponi fecit, tam ipse, quam Dilecti Filii Fratres ejusdem Ordinis, qui adeo pio, & salutari operi, quod ceteris corporalibus misericordia operibus facile antecellit, & in quo uno fere omnia quasi per compendium simul exercentur omni cura, ac studio, nullique labori, & periculo parcentes assidue incumbunt, præmissa quo firmius subsistant, & inviolabilius serventur, Apostolice confirmationis Nostra patrocinio communiri summopere desiderent. Nos ad uberes Christianæ charitatis, & pietatis fructus, quos Ordo præfatus in agro militantis Ecclesia jugiter proferte dignoscitur, quoque oculis Nostris Anno Jubilai novissime elapsi, quo scilicet trecenti septuaginta ex di-

versis Nationibus Fideles a misera servitute per ejusdem Ordinis Fratres recenter redempti. Nobis coram exhibiti fuerunt, non sine intimo cordis Nostri solatio spectare datum est, paternæ dirigentes considerationis intuitum specialemq[ue] Gabrieli Magistro Generali, & Fratribus prædictis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquis Ecclesiasticis sententiæ, censuris, & poenæ a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad esse cum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, supplicationibus ipsius Gabrielis Magistri Generalis nomine Nobis super hoc humiliiter portatis inclinati, de Venerabilium Fratrum Notiorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consilioribus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, praesertim Martini Prædecessoris literas, omniaque, & singula in eis contenta, dicta auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisq[ue] inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus.

S. 4. Decernentes pariter ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcusse observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ceterosque Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universali bus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmis- forum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permanuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatori die XIV. Junii MDCCXXVII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Confirmatio
relata Con-
stitut. Marti-
ni V.

Clausula.

CXXXIX.

Statuuntur nonnulla de Archivis in Italia Se-
dium Episcoporum, aliorumque Religiosorum
Locorum erigendis, pro custodienda jurium,
scripturarum ad ea pertinentium.

Hac de re pro Regno Sicilia vid. Pii V. Const. ed.
1571. Mart. 1. P. 6.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei
memoriam.

MAxima vigilancia, quam majores nostri in rerum suarum monumentis ad posterorum memoriam retinendis semper adhibuerunt, adeo testata, & passim Literis tradita est, ut nostris verbis predicari minime egeat; nihil enim frequentius in veterum Patrum scriptis, Sacrifice Conciliorum, & Ecclesiæ Sanctionibus legitur, quam Scrinia, Tabularia, Archiva, Conditoria, & Armaria, a temporum, atque hominum injurya servandis rerum gestarum documentis, chartis, diplomatis, Codicibus, Instrumentisque, constructa; unde fides, & veritas

Dat. 14. Junij
1727. An. 4.

Exordium
ductum ab
Archivis uni
Ecclesiastico
rum necessi
tate.